



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXXVIII. Gerhard von Plotho bekundet einen Vertrag mit dem Kloster  
Jericho über Wald-Nutzung in Mulkenberg und Rodan, am 4. Dezember  
1302.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXXVIII. Gerhard von Plotho befundet einen Vertrag mit dem Kloster Jericho über Wald-  
Nutzung in Mulkenberg und Rodan, am 4. Dezember 1302.

Nos Geuehardus, miles, dictus de plote, Recognoscimus in hiis scriptis, Quod inter nos et honorabiles viros prepositum et Conuentum In Jerichou ordinis premonstratenfis, talis factus et habitus est contractus, Ita, quod Ciues et sclauī in scholene possint secare ligna tantummodo competencia ad ignem in silua mulckenberge situata et limitata Et predicti religiosi e conuerso possint secare ligna quercina et figinea et omnia alia ligna competencia ad structuram et ad edificia in silua Rodane, Ita adiecta condicione, quod premissa placita, prout superius est expressum, per nos mutuo et vtrobique ad beneplacitum nostrum quocunque tempore sine qualibet contradictione poterint reuocari, Confirmantes et ratificantes omnia priuilegia, litteras et contractus proprietatum et libertatum, donacionum et beneficiorum sub quacunque forma vel tenore per nostros progenitores dicte Ecclesie Jerichou concessa et Indulta In dei nomine in hiis scriptis fideliter cum omni deuocione approbantes.

Vt igitur hec nostra ordinacio et confirmacio stabilis et Inconuulsa permaneat, presentes litteras nostro sigillo dedimus muniendas; presentibus strenuis viris hinrico et conrado de lanchufen, henningo Rufo de verchlande, militibus, hinrico in Soolene, Conrado In malitz plebanis, et quam pluribus aliis fide dignis. Datum In Castro nostro Scolene, anno dominice Incarnacionis MCCCII, In die Barbare virginis et martiris gloriosissime, Indictione XII, Concurrente III, anno pontificatus domini Celestini pape III.

Aus dem Copiarium No. 32 Jericho p. 13 im Kbn. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXIX. Quittung des Collectors des Zehnten für das gelobte Land über den Empfang von  
852 Mark von dem Bischofe von Brandenburg und den Klöstern Michaelstein und Walbeck,  
vom 18. Juli 1303.

Nouerint Univerfi presentes litteras inspecturi, quod nos Gabriel, Plebanus de Val-  
lenetto, Pisane dioecesis, Collector decime legatarie et Obventionis cujuslibet Terre sancte depu-  
tatorum subsidio in Treverensi, Maguntinensi, Coloniensi, Bremenfi, Magdeburgenfi et saltzeburgenfi Pro-  
vinciis ac Babenbergensi et Caminenfi Civitatibus et dioecesibus per sedem Apostolicam deputatus  
publice confitemur et Recognoscimus, quod post Exhibitionem mandati nostri factam Reverendo in  
Christo Patri ac Domino Hermanno, Halberstadenfi Ecclesie Episcopo, ceteris quoque  
prelatis et Clericis Ecclesiarum conventualium ejusdem Civitatis, Exactionem diligentem super  
Eodem Mandato nostro ab ipsis factam, habuimus et recepimus a venerando Patre et Domino D.  
Frederico, Electo Brandenburgensi et Honorabili viro D. Conrado, Abbate Monasterii  
Cisterciensis Ordinis in Lapide sancti Michaelis, de honesto viro Wernero de Wansleue, prepo-  
sito in Walbeke, Halberstadenfi dioecesis, Conservatoribus Decime constitutis ab Honorabili Viro